

# Miserere

## Salmo 51 (50)

### fragmento

Transcripción  
Fernando Fernández Salinas

Anónimo  
La Puebla de Alfindén

Octavo verso

As - pér - ges me hy - ssó - po et mun - dá - bor la

vá - bis me et su - per ni - vem deal - bá - bor.

Fuente: Manuel Casamian Laborda

## Salmo 51 (50) Miserére

Miserére nobis, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: et peccátum meum contra me est semper.

Tibi, tibi soli peccávi, et malum coram te feci, ut iustus inveniáris in senténtia tua et equus in iudício tuo.

Ecce enim in iniquitáte generatus sum: et in peccáto concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem in corde dilexísti: et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audíre me fácies gáudium et letítiam, et exsultábunt ossa, quae contrivísti.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, et spíritum firmum ínnova in viscéribus meis.

Ne prócias me a fácie tua et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui et spíritu promptíssimo confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ, et exsultábit língua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, et os meum annuntiábit laudem tuam.

Non enim sacrificío delectáris; holocáustum, si ófferam, non placebit.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus; cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiões et holocáusta: tunc impónent super altáre tuum vítulos.